

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Johannes Sturm (1507-1589)

Stimmer, Tobias

Strasburg, 1577

urn:nbn:de:bsz:31-64238

VERA EFFIGIES CLARISSIMI VIRI, D. IOANNIS STURMI, ACADEMIAE ARGENTORATENSIS RECTORIS.



Natus Anno M. D. VII. Cal. Octobris.

O S. oculos, frontem, talemq; in corpore uultum,
 Doctus Ioannes Sturmus ille gerit:
 Cui Regum tot regna fauent: quem fama per orbem,
 Ob decus eloquij, non peritura, uelit.
 Talis erat: decies ubi sex, ternaq; Calende
 Octobris cano iam rediere seni.
 Quod non segnis agit, nec uiuit inutilis æuum:
 Sed terit hoc, artes expoliendo bonas.
 Hoc onus, ut iuuenis, natura dante, subiret:
 Apta magisterio prima iuuenta fuit.
 Louanijq; docens, binis mox præbuit annis
 Ingenij specimen, primitijsq; sui.

Lutetia pariter, Musarum sacra docentis
 Acta sub officio, septima Bruma fuit.
 Argentina tuas post accersitus ad oras,
 Illustri stabilem fixit in urbe pedem.
 Sex ubi lustra tuam, tres & celeberrimus annos
 Laudatam nutrit, non sine laude, scholam.
 Hanc sic instituit, rexit, multisq; probauit:
 Non fit ut hac ipsa maius in urbe decus.
 Purior hic sub te, Sturmî præclare, magistro,
 Sermo redit Latij: barbariesq; fugit.
 Ergo agè perpetuus uiues, prudentia, uirtus,
 Et laus ingenij, te uetuere mori.

Privilegio Cæsareo.

Argentoratî per Bernhardum Iobinum M. D. LXXVII.

Graph. - 59 4470

ak

→ Graph. Silg



5894350

35760

Vgl. Stimmer-Kat. 1984, Nr. 129 (nur 1. Br. v. 1570)

„ Andresen III, 30, Nr. 26

„ B. Weber (im Gutenberg-Jb. 1976, S. 180) Nr. 6

Hauffen, Fischart, I, S. 44

John heiratete 1567 Fischart's ältere Schwester
Fisch. geb. um 1546/7 in Straßburg, gest. 1590 in Forbach (Loth)



43